

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

C.Crispi Sallustii in M. Tul. Ciceronem

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

L. Sallust. in Licer. Fo. CCLXIII.

luctu: gauderetq; potius, cum multa & varia impenderet hostibus genera mortis, id genus quod est pulcherrimum, suis obrigisse, eosque nec inhumatos esse, nec desertos: quod tamen ipsum pro patria non miserandum putat: nec dispersis bustis humili sepultura crematos: sed correctos publicis operibus, atque muneribus, eaque extructione, quae sit ad memoriam aeternitatis ara virtutis. Quod ob rem quidem maximum solatium erit propinquorum, eodem monimento declarari & virtutem suorum, & etatem, & Senatus fide, & crudelissimi memoriam belli. in quo nisi tanta militum virtus extitisset, paricidio M. Antonii nomen populi Romani occidisset. Atque etiam censeo P. C. quae promissa militibus promissimus nos Republica recuperata tributuros, ea vivis victoribusque cumulate, cum tempus venerit, persolvenda. qui autem ex his, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, tribuenda censeo. Sed ut aliquando sententia complectar, ita censeo. Cum C. Pansa Consul Imperator, initium cum hostibus conflicendi fecerit: quo proelio legio Martia admirabili, incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit: quod idem legiones tyronum fecerint: ipseque C. Pansa Consul Imperator, cum inter media hostium tela versaret, vulnera acceperit: cumque A. Hircius Consul Imperator, proelio audito, & cognito, fortissimo, praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit, impetumque in M. Antonium, exercitumque hostium fecerit, eiusque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, ut ne unum quidem militem desideraverit: cumque C. Caesar Imperator, consilio diligenterque sua castra feliciter defenderit: copiasque hostium quae ad castra accesserant, profligarit, occiderit: ob eas res Senatui existimare, & iudicare, eorum trium Imperatorum virtute, imperio, consilio, gravitate, constantia, magnitudine animi, felicitate, pro populo Romano, scedissima crudelissimaque servitute liberatum: cumque reipublice, urbe, templis deorum immortalium, bona, fortunasque omnium, liberosque conservarint dimicatione, & periculo vite suae: ut ob eas res bene, fortiter, feliciterque gestas, C. Pansa, A. Hircius Consules, imperatores, alter ambove, aut si aberint, M. Cornutus Pr. urbanus supplicationes per dies L. ad omnia pulvinaria constituat: cumque virtus legionum digna clarissimis imperatoribus extiterit: Senatui, quod sit antea pollicitus legionibus, exercitibusque nostris, ea summo studio Republica recuperata resoluturum: cumque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit: atque ita cum maiore numero hostium contenderit, complurimos cederet, caperet nonnullos: cumque sine ulla necessitate pro patria vitam profuderint: cumque simili virtute reliquarum legionum milites pro salute & libertate populi Romani, mortem appetiverint: Senatui placeate, ut C. Pansa, A. Hircius consules, imperatores, alter ambove, si his videatur, hisque sanguine pro vita, libertate, fortunisque populi Romani, pro urbe, templisque deorum immortalium profudissent, monimentum quamplurimum locandum, faciendumque, urbe ad eam rem pecuniam dare, contribuere, solvere iubeat, ut extet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque divinam virtutem: utque, quae praemia Senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, coniugibus, fratribus: eaque fratribus tribuantur, quae militibus ipsis tribui oporteret, si illi vicissent, qui morte vicerunt.

Ara virtutis.

Occidere occisione.

Resoluturus.

Defideratur finis.

C. CRISPI SALLUSTII IN M. TVL. CICERONEM.



Craiter, & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, si te scire iudicio magis, quam morbo animi perulatia ista videri. sed cum in te neque modum, neque modestiam ullam animaduerto, respondebo tibi, ut si qua voluptatem maledicendo cepisti, eam male audiendo amittas. Vbi querar? quos implorare P. C. diripi Republica, atque audacissimo cuique esse praedictum: apud populum Romanum: quae ita largitionibus corruptus est, ut sese, ac fortunas suas venales habeat, an apud vos Patres conscripti: quorum auctoritas turpissimo cuique & sceleratissimo ludibrio est: vbi M. Tulli leges, iudicia, Populi Romani, defecit: atque in hoc ordine ita moderat, quasi unum reliquum ex familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non repetitum,

Morb' ai,

repretius.

accit, & paulo ante istum huic urbi civis. An vero M. Tulli facta ac dicta tua obscura sunt: an non ita a pueritia vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisse? An scilicet ista immoderata eloquentia apud M. Pisonem non pudicitiae iactura perdidicisti? Itaque minime mirandum est, si eam flagitiose venditas, quam turpissime passus. Verum ut opinor splendor domesticus tibi annos tollit, vxor sacrilega, ac piuriis delibuta: filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequetior, quam parenti par est, domum ipsam tuam vi, & rapinis funestam tibi ac tuis comparasti, videlicet ut nos comone facias, quae conuersa sit Respublica, cum in ea domo habitares homo flagitiosissime, quam P. Crassi viri consularis fuit. Atque cum haec ita sunt, tamen se Cicero dicit in concilio deorum immortalium fuisse: inde missum huius

In L. Sallustium

vrbi, ciuibusq; custodē, absq; carnificis noīe, qui ciuitatis incōmodū in gloriā suā ponit, qua si vero nō illius cōiurationis causa fuerit cōsulatus tuus, & idcirco Resp. disiecta eo tēpore, quo te custodē habebat. Sed vt opinor illa te magis extollūt, q̄ post cōsulatū cū Terētia vxore de Rep. cōsulūisti: cū legis Planciē iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios pecunia cōdemnabas: cū tibi alius Tusculanū, alius Pōpeianā villā ēdificabat, alius domū emebat, q̄ vero nihil poterat, is erat calumniē pximus: is aut domū tuā oppugnatū venerat, aut insidias senatui fecerat, deniq; de eo tibi cōpertū erat. Quē si tibi falsa obiicio, redde rōnē quātū patrimonii acceperis, qd tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domū paraueris, Tusculanū, & Pōpeianū infinito sumptu adificaueris, aut si retices, cui potest esse dubiū, quin opulentiam istā ex sanguine & miseris ciuiū paraueris! Verū vt opinor hō nouus Arpinas, ex M. Crassi familia, eius virtutē imitat, cōtemnit similitatē hominū nobiliū, Rēp. charā habet, neq; terrore, neq; gratia cōmouet. Illud vero amicitie tātum, ac virtutis est animi: immo vero hō leuissimus, supplex inimicis, amicis cōtumeliosus, modo harū, mō illarū patriū, nemini fidus, leuissimus Senator, mercenarius patronus, cui⁹ nulla pars corporis a turpitudine vacat, lingua vana, manus rapacissimē, gula immēsa, pedes fugaces: q̄ honeste nominari nō possunt, in honestissima. Atq; is cū eiusmodi sit, tamē audet dicere: O fortunatā natā me Cōsule Romanam, te Cōsule fortunatā Cicero: immo vero infelicē, & miserā, q̄ crudelissimā p̄scriptionē perpeffa est, cū tu turbata Rep. metu p̄cursos oēs bonos parere crudelitati tuē cogebas: cum oīa iudicia, oēs leges in tua libidine erāt: cū tu sublata lege Portia, erepta libertate, nostrorū omnium vitē necisq; potestātē ad te vnū reuocaueras. Atq; parū est q̄ impune fecisti, verū etiam cōmemorādo exprobras, neq; licet obliuisci seruitutis suē. Egeris oro te Cicero, p̄feris qd̄ libet, satis est p̄cessos esse: etiā ne aures nostras onerabis tuo odio: etiam ne molestissimis verbis insectabere! Cedāt arma Toge, cōcedat laurea linguē, quasi vero togatus, & nō armatus ea, q̄ gloriaris, cōfeceris: atq; inter te Syllāq; Dictatorē p̄ter nomē Imperiū qcq; interfuerit. Sed qd̄ ego plura de tua insolētia cōmemorē: quē Mīnerua oīs artes edocuit: Iupiter optimus Max. in cōcilio deorū adimissit: Italia exulē humeris suis reportauit. Oro te Romule Arpinas, q̄ egregia tua virtute oēs Paulos, Scipiōes, Fabios superasti, quē tādē locū in hac ciuitate obtines: q̄ tibi partes Reip. placēt: quē amicū, quē inimicū habes: cui insidias in ciuitate fecisti ancillares, quo iure cū de exilio tuo Dyrrhachio rediisti, eū sequeris: quos Tyrānos appellabas, eorū nūc potētiē faues, q̄ tibi ante optimates videbant, eosdē nūc demētes ac furiosos vocas. Variniū causam agis, de Sestio male existimas. Bibulū petulātissimis verbis lādis, laudas Cēsare, quē maxime odisti, ei maxime obsequeris, aliud stās, aliud sedens, de Repu. sentis, his maledicis, illos odisti, leuissime trāsfiga, neq; in hac neq; in illa parte fidem habens.

M. TVL. CICERONIS IN CRISPVM SALLVSTIVM RESPONSIO.



A demū magna voluptas est Crispe Sallusti, æqualē, ac parē verbis, vitā agere: neq; qcq; tā obscenū dicere, cui nō ab initio pueritiē oī genere facinoris ætas tua respōdeat: vt omnis oratio moribus consonet, neq; em̄ q̄ ita viuit, vt tu, aliter ac tu loqui potest: neq; q̄ tam illoto sermone vtis, vita honestior est. Quo me vertā Patres cōscripti: vnde initū sumā: maius em̄ mihi dicēdi onus imponit, quo notior est vterq; nostrū, q̄, aut si de mea vita atq; actibus huic cōiuratori respōdero, inuidiā gloria cōsequat, aut si hui⁹ facta, mores, omnē ætatē nudauero, in idē vitiū incidā p̄ccitatis, qd̄ huic obiicio. Id vos si forte offendimini, iustius huic, q̄ mihi succēdere debetis, q̄ initū introduxit, ego dabo op̄rā, vt & p̄ me minimo cū fastidio respōdeā, & in hūc minime mentitus esse videar. Scio me P. C. in respōdēdo nō habere magnā expectatiōē, q̄ nulum vos sciatis nouum crimē in Sallustiū audituros, sed oīa vetera recognituros, q̄ & meē, & vestre iam, & ipsius aures calēt. Verū eo magis odisse debetis hominē, q̄ ne incipiēs quidē peccare minimis rebus posuit rudimentū: sed ita ingressus est, vt neq; ab alio vincī possit, neq; ipse se omnino reliqua ætate p̄terire, itaq; nihil aliud studet, nisi vt lutulētus sus cū quouis volutari, longe vero fallit opinione. Non em̄ p̄ccitate linguē vitē sordes eluunt, sed est quedā calumnia, quā vnusquisq; nostrū testante animo suo fert, de eo, q̄ falsum crimē bonis obiectat, q̄ si vita istius memoriā vicerit, aliā P. C. nō ex oratione, sed suis ex moribus spectare debetis. Iā dabo op̄rā q̄ maxime potero, vt breue id faciā. Neq; hęc altercatio nostra vo-

O fortuna
tam &c.

Romule
Arpinas.
Ancillares
inūdiē.

Aliud stās,
aliud sedēs

Illotus sermo.

Procacitas

Aures calent.
Rudimentū
ponere.
Lutulētus
sus.